

Thomas Lindemann David Gloxin

## **Disputatio Inauguralis De Praeferentiis Et Protopraxia Creditorum**

Rostochi[i]: Pedanus, 1624

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730919137>**

Druck Freier  Zugang




Vorrangigkeit und  
Vorhand von Gläubigern

Lindemann (Gloxinüs) 1/6

R. N. iuv. 1624.







Disputatio Inauguralis  
DE  
RÆFERENTIIS  
ET PROTOPRAXIA  
CREDITORUM,

*Quam*

AUSPICIIS S. S. TRIADOS

*Decreto & auctoritate Amplissimi & Ctorum  
ordinis in inchoata Rostochiensis Academia,*

SUB PRÆSIDIO

*Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi Viri,*

D. N. THOMÆ LINDEMANNI

JCui celeberrimi, Juridicæ Facultatis DECANI,  
Præceptoris & Fautoris sui colendi,

Pro summis in utroq; jure honoribus &  
privilegijs Doctoralibus consequendis

*Publico examini subijcit*

DAVID GLOXINUS

Femariâ - Hofstus,

*Ad diem 23. Decemb. Horis antemer. & pomerid.*

In Auditorio Majori.



ROSTOCHI

*Literis suis exscripsit JOACHIMUS PEDANUS,  
Academia Typog. Anno 1624.*



Dissertatio inauguralis  
DE  
BRACHERENTIS  
ET PROPHETIA  
CREDITUM

Davidis  
Propheta  
CREDITUM

DAVID  
PROPHETA  
CREDITUM

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

Propheta  
CREDITUM  
DAVID  
PROPHETA  
CREDITUM

DAVID  
PROPHETA  
CREDITUM





DE PRÆFERENTIIS ET  
PROTOPRAXIA CREDI-  
TORUM.

THESIS I.



Iversum creditorum jus, quo obaratum, jam jamq; ad lamentabile beneficium cessionis, vel similia extrema juris effugia & refugia recurrentem debitorem sibi obligatum habent, lites producit, hoc præsertim nostro exulcerato seculo, penè infinitas: adeo, ut de prioritare alpeccationes æquè fermè familiares, atq; absortium in prandio, non malè à Ventura de Valent, *in Parthen, litigios, lib. 1, c. 13. n. 15.* esse dicantur.

II.

Equidem quin debitores quovis pacto contrahendo seu in creditum eundo omnibus suis creditoribus juris vinculo sese obstrinxerint, dubium non est: Quia tamen nec causa debendi, nec persona cui debetur semper una & eadem: accidit, ut jus etiam unius præ altero sapissimè sit aliud: atq; aliud, adeoq; unus creditorum alteri in consequendo debito non immerito præferatur.

III.

In universum autem omnium creditorum jus ita distinctum esse videtur, ut quibusdam supra debitum res etiam nexæ & obligatæ sint: Quibusdam ad debitum con-



sequendum nuda & simplex tantum in personam competat actio *arg. l. eos qui 9. C. qui potiores in pign. l. 6. C. de bon. auct. judic. possid. Gail. 2. observat. 25. in pr. Hartm. lib. 2. obs. 7. & 12.* Illi generali voce hypothecarij seu reales: Hi vero personales, item chirographarij dicuntur *Vult. lib. 1. Jurispru. Rom. c. 34. Hart. d. l. & obs. 11. in pr.*

#### IV.

Nos utriusq; naturâ, quantum ad propositum attinebit, speciatim consideratâ: mox quis inter illos in concursu ordo prioritatis servandus, cuiq; ex his potius jus competat, brevissimè perlustrabimus.

#### V.

Et quidem hypothecarij pro diversitate vel constituentium, vel modo constituendi alij sunt atq; alij. Aut enim constituitur pignus publica magistratus & legum auctoritate: Aut privata partium conventionem: Illud vel 1. Edicto Prætoris, vel 2. Sententiâ Judicis, vel 3. tacita dispositione legis: Hoc expresso contrahentium consensu.

#### VI.

Prætoris edicto, seu jussu & mandato cujusvis hodie magistratus, extra judicij strepitum, citraq; plenariam causæ cognitionem creditoribus in bonis debitoris contumaciter fortè absenteis, pignus (id quod à decernente Prætorium appellatur *tot. t. t. C. de prat. pign.*) ex primo decreto custodia causa constituitur *tot. tit. D. & C. Ex quibus caus. in poss. seff. eatur, & tit. de bon. auct. jud. possid.*

#### VII.

Cui immissioni ut sit locus necessaria quædam requisita tam ex parte 1. Rei, quam 2. Actoris, ut & 3. Judicis concurrere opus est,

Ex par-



## VIII.

Ex parte rei ut immissio decerni possit requiritur  
 1. Fraus & circumscribendi intentio *l. Fulcinus 7. §. 2. ibi  
 sed & necesse D. quibus ex causis, l. cum proponas 9. ibi ad cir-  
 cumscriptionem C. de bon. auct. jud. poss.* 2. Latitatio, seu  
 turpis sui, creditorum fraudandorum causa cum tractu ali-  
 quo temporis occultatio *d. l. Fulcinus §. quid sit a. 4. §.  
 latitare 8. D. eod. d. l. cum proponas C. de bon. auct. jud.*  
 Quæ uti animum & affectum latitandi desiderat *d. l. Fulci-  
 ninus §. adeo a. 7. & passim tota ista lege D. d. t.* Ita citra di-  
 scrimen loci in eadem civitate, imo foro, & in genere quo-  
 cunq; pacto sui potestatem non faciendo *l. Prator ait 2. in  
 pr. & §. 1. d. t. contingere potest d. l. Fulcinus §. illud scien-  
 dum 13. 3. ut nemo sit qui eum defendat, h. e. qui ut absentia  
 ejus duriozem adversarij causam non reddat, procuret, d. l.  
 prator ait 2. in pr. & §. 3. 4. l. hac a. 5. in pr. & §. 1. inf. D. d. t.  
 l. si minor 5. D. de rebus auct. jud. possid. d. l. cum proponas, 9.*

## IX.

Ex parte creditoris requiritur 1. crediti seu juris sui sum-  
 maria quædam probatio *l. 3. §. sciendum, ibiq; Gl. & Dd. ad  
 exhibend. l. 1. §. quod si. D. de Prator. stipul.* 2. Factæ per  
 ministrum vel apparitorem immissionis in re præsentem ac-  
 ceptatio *l. 2. §. si jufferim, ibi, non pro traditis D. de acqui-  
 rend. possess. Neguzant. in tract. de pignor. part. 3. membr. 2.  
 per c. contingit, de dolo & contum. l. non est mirum D. de  
 pign. actione.*

## X.

Tandem ad Prætorem quod attinet illum tam causam,  
 quam modum seu formam immittendi à jure præscriptam,  
 observare decet. Nec enim tam gravia atq; extraordinaria  
 remedia passim *arg. l. 1. in pr. ibi, si de his alia actio non erit, l.  
 si quis 9. §. fin. D. de dol. mal.* sed demum ex certa, eaque



gravissima & iustissima causa indulgenda arg. *§. licet a. 1. §. qui & ex quibus & c.*

XI.

Justa autem causa putatur si immissio e. g. fiat vel 1. damni infecti nomine, domo fortè vicini ruinam minitante l. 3. *§. tot. tit. de damn. infecto l. possideri 3. §. f. ibi, & ideo, de acquir. possess. l. 1. D. Quibus ex caus. in poss. vel 2. ventris l. 1. *§. tot. tit. de Carbon. edict. arg. tot. tit. de inspic. vent. cum duobus seqq. vel 3. legatorum seu fideicommissorum tot. tit. ut in poss. legat. vel fideic. causa esse lic. maximè conditionallium l. sed decreto 2. C. qui potior. Nam de legatis purè relictis tacita etiam legalis comperit hypotheca l. 2. C. com. mun. de legat. *§. sed olim 2. in f. §. de legatis. vel 3. dotis l. 9. §. deniq. D. de R. V. l. 15. §. 4. D. de divers. & tempor. l. 20. in fin. D. ad muni. Dd. in l. constante D. soluto matrim. vel 5. crediti seu simili ejusdem juris nostri servandi causa, l. 1. §. 1. D. si quis omiff. l. 1. de success. edict. l. 1. §. ult. de ventr. in spic. tot. tit. D. & C. de Cur. bon. dando.***

XI.

Modus seu Forma immisionis decernendæ consistit in eo, ut id 1. faciat rogatus l. 4. de damno infecto, cum simil. c. significasti. verbo, petitionem, de foro competente l. ad peremptorium 68. de judic. l. fin. C. de bon. auct. judic. possid. Wes. in parat. D. de jur. edict. 2. ad ternam citationem, vel unam peremptoriam l. properandum *§. fin a. C. de judic. 3. Pro mensura debiti auth. & qui jurat C. de bon. auct. judic. possid. Nov. 53. c. 4. §. 1. Bart. in l. si finita 15. §. Julianus 16. de damno infecto. & tandem 4. ut eam decretam vel suo jussu, qui habetur pro executione Bald. in l. 1. num. 12. C. de jure Fisci, vel per ministros in re presente realiter exequatur.*

XIII.

Cujus rei effectus præter jus locandi, eaq; quæ servari neque-



nequeunt, vendendi, l. 1. §. in venditione §. si quis fructu. l. mandatis. §. intra de requir. rei, præcipuus est custodia & securitas crediti: Melius namq; est pignori incumbere, quam in personam agere l. in pari 128. in pr. D. de R. J. l. plus cautionis 25. D. eod. Quam custodiam, præterlapso legitimo ad eam rem destinato spacio, Interveniente nimis, præsertim in personalibus, secundo decreto, c. fin. §. & in alijs & §. ult. extr. ut lite contestata, distrahendi sequitur facultas tot. 212. D. & C. de bon. auct. jud. poss. & tit. D. Quibus ex caus. in poss. eatur.

#### XIV.

Illud in hac immissione ut singulare, ita vulgatum est, Quod uno ex creditoribus misso ceteri omnes unâ, refasis tamen sumptibus & impensis, immissi videantur l. cû unus 12. D. de bon. auct. jud. possid. l. cum apud veteres 10. C. eod. An vero generaliter & omni casu immissi æquali jure, ut nullus prioritati locus sit, immissi videri possint, non abs re quæritur? Missa longiore interpretum hac de re altercatione dicendum videtur, regulam istam suum officium perdere, 1. si prior immissus diversum vel ratione causæ, vel personæ, à reliquis titulum habeat per l. si decreto C. qui pot. l. si postquam, ut in possess. legator. Gl. d. l. cum unus, verbo, ex creditoribus 2. Si ex primo decreto immissorum aliquis jus ea immissione sibi quæsitum per impetratam ex secundo decreto immissione plenius occupaverit, adeoq; ut virtute hypothecæ ex primo decreto sibi constitutæ satisfieret in tempore prospexerit arg. l. Fulcinium 7. §. illud 13. D. ex quib. caus. in poss. Gl. l. cum unus, verbo ex creditoribus, vers. sed ibi in secundo decreto id exprime. 3. Si cum alijs immittatur & is, qui alias ex conventionem rem sibi obligatam habet l. pro debito 6. C. de bon. auct. jud. poss. l. nemo D. R. J. Gl. dict. loco, vers. item obtinet quod hic dicitur se



non obtendatur hypotheca, aliàs secus. Duo enim hoc casu concurrentia vincula fortius uno ligare videntur *§. sed hodie, l. de adopt. auct. itaq. C. comm. de success. Wesemb. consil. 221. num. 61. & 62. & cons. 278. num. 21. consil. 49. num. 18.*

### XV.

Sententia Judicis pignus, quod Judiciale nominatur, constituitur, quando ex causa judicati pignus capitur, victorq; in possessionem bonorum rei condemnati mittitur: *de qua re tot. tit. C. si in causa judicati pignus captum sit l. si decreto 2. l. cum remp. 3. C. qui potior.* Succedit namq; in vicem obligationis ex causa contractus auctoritas jubentis *l. res ob causam 1. C. si in caus. judic. l. ult. §. si a. C. de jure dom. impetr.* Quis autem in bonis huiusmodi distrabendis, ut post rædiosam rei custodiam nostrum tandem consequamur, ordo servandus passim describitur, *tot. tit. C. de jure domin. impetr. tit. de bon. auct. jud. possidentis.*

### XVI.

Et si autem re ipsa & effectu judiciale pignus à Prætorio in plurimis differat, ut 1. relictione, *auct. & qui jurat C. de bonis auct. jud. poss. Dd. in l. properandum §. si a. C. de judic.* 2. ordine s. tempore constituendi *l. à divo pio 15. in pr. & §. in vendit. D. de re judicata.* 3. Prælatione, s. concreditorum in idem jus vel admissione vel exclusione *l. si & jure 10. D. qui potior, l. 5. §. 3. & 4. ut in possess. legat. l. 15. §. 17. de damno infect. d. l. cum unus D. & d. l. cum apud veteres 10. C. de bon. auct. jud. l. 2. C. de exec. rei jud. l. si ex causa C. de transact. Cujac. 5. obs. 30. & 9. obs. ubi & alias utriusq; pignoris differentias notat.* Hodie tamen officio judicis & Prætoris in unam eandemq; personam concurrente, adeoque judice Prætoris, & Prætoze judicis officio fungente, non adeo raro, nec etiam malè diversa hæc, ut officia, ita nomi-



nomina ab interpretibus magis ad praxin quam juris veteris dispositionem respicientibus confunduntur, l. 1. & 2. C. de prat. pign. ibi, à iudicibus datur, & Pratorium nuncupatur, l. 13. in pr. de usufr. l. Titia 34. solut. matrim. l. 41. in pr. de minor. l. 2. ibi Gl. & Dd. C. qui pot. Val. Guil. Först. in tr. Just. p. 2. disp. 1. th. 2. lit. D. Costal. ad l. 10. D. d. t.

## XVII.

Atq; his quidem modis viva magistratus voce pignus constituitur: Consequens est ut porro quomodo nuda dispositione legis inducatur videamus: Cujus species seu potius exempla in jure hinc inde infinita ferè proponuntur: Ex quibus nos potiora & frequentiora paucis perlustrabimus.

## XVIII.

Et principio quidem pupillis, minoribus, item prodigis, & in genere quibusvis aliorum adhuc consilio indigentibus §. impuberes 6. §. de Attil. tut. l. 1. in pr. de minor. l. 48. de fideiussor. in bonis tutorum procuratorum l. & mulieri 15. de curat. fur. dando l. ult. de tut. & rat. distrab. item Protutoris, vel cujusvis administratoris, cujus sub manu & potestate bona ipsorum sunt, non tamen eorū heredibus, l. 19. de bon. auct. jud. poss. tacita legibus constituta est hypotheca tot. tit. de tut. & rat. distrab. tot. tit. C. arbitr. tutel. l. ult. §. discretis C. de legit. tutor. l. dabimusq; 19. D. de reb. auct. judic. poss. Qua de re latè Beuth. in tr. de pral. c. 1. & tribus seqq. Neguzant. de pign. part. 2. m. 4. num. 6. cum seq. Wes. consil. 104. n. 23.

## XIX.

Eadem ratione liberi ratione bonorum maternorum, (quæ qualia, præsertim de jure Lubec. esse reputentur explicatur à Cothm. vol. 4. Resp. 28. n. 6.) in parentis ea ad-

B

mini-



ministrantis bonis, à tempore quo administrari à patre ea-  
caperunt, tacitam hypothecam habent, per allegata apud  
*Mynsing. cent. 1. obs. 59. Cothm. Resp. 34. vol. 5. n. 43. Ne-  
guzant. de pignor. p. 2. m. 4. n. 13. Lipsens. & Witteberg. con-  
sult. Saxon. p. 3. q. 7. n. 41.*

XX.

Minoribus æquiparantur Ecclesiæ c. 1. 2. de in integr. res-  
titut. *Wesemb. in parat. C. de in integr. rest. minor. num. 3. &  
tit. Quibus ex caus. major. item consil. 211. n. 4. & consil. 237.  
n. 65.* Et his similes piæ causæ aliæ, ut orphanotrophia,  
xenodochia, &c. quorum omnium præ laicis in bonis admi-  
nistratorum causa potior est, l. privilegia 12. junctâ auth.  
cassa. l. sancimus 21. ibi, cum etiam veteres leges ea qua juris  
divini sunt humanis nexibus non illigari sanxerint C. de SS.  
eccles. arg. l. si quis donaverit 15. vers. item in Xenodochijs, &  
l. ut inter 32. C. de SS. eccl.

XXI.

Fiscum Imperatoris, qui tamen & ipse ordinario jure  
experiri debet *Cothm. Resp. 51. vol. 2. n. 14. & 15.* tacitum  
hypothecæ jus, in persecutione, non tamen poenæ, l. si is  
qui 28. ubi *Bart. de jure Fisci lib. 10. l. un. ibi pæna exactio  
postponitur C. pænis fiscalibus creditores præferri.* sed debiti e.  
g. census, tributorum, passim tot. tit. C. si propter publ. pensi-  
tat. & tit. Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse.  
sibi constitutum habere extra omnem dubitationis aleam  
positum est l. quamvis 2. C. de privil. fisci d. l. 2. C. in quibus  
causis l. aufertur 45. D. fisci, & passim tot. tit. D. & C. de  
jure Fiscil. si pignus 8. D. qui pot. in pign. latè *Cardin. Tuschus  
concl. 383. lit. F. n. 21. 22. & seqq.*

XXII.

Causa quoq; Primipili (quæ vox quandoq; admini-  
stratorem antiquæ militaris, *Donell. in tr. de pignor. quan-  
doq;*



doq; ipsam annonam denotat) propter publicam utilita-  
 tem, quæ privatorum pactionibus præferenda, privilegio  
 tacita hypothecæ munita censetur, *l. 3. C. de primipilo lib.*  
*10. l. 4. C. qui potior. Nov. 97. c. 4.* Habet & primipilatus  
 hoc singulare, quod liberi etiam si parenti suo non exi-  
 stant heredes, nec quicquam ex ejus bonis percipiant, ex  
 causa tamen primipili, conveniri possint *l. f. C. d. t. arg. l. 3.*  
*C. de revocand. his quæ in fraudem l. si tutoris u. C. de com-*  
*pensat.* Item quod dos, quæ tamen & ipsa privilegiata est  
*tot. tit. C. de rei uxor. act. l. assiduis C. qui pot. & Wesemb.*  
*latè Consil. 203. numer. 24.* contra jus regulare *tot. tit.*  
*Ne uxor pro marito*, in subsidium debitis primipilari-  
 bus sit obnoxia. *l. satis notum 4. C. in quibus causis pign. vel*  
*hypoth.*

### XXIII.

Mulier præterea, ut & sponsa, nuptijs etiam non secutis,  
*l. 2. §. f. cum ll. seqq. de privil. creditor.* in causa dotis, dona-  
 tionis propter nuptias, ut & bonorum paraphernalium ta-  
 citam in bonis mariti hypothecam habet *d. l. assiduis. C. qui*  
*pot. l. un. C. de rei uxor. act. §. fuerat. J. de actio. l. 29. l. 30.*  
*C. de jure dot. Nov. 97. c. 3. per tot. & Nov. 109. c. 1.* Eamque  
 ut jura realia alia *l. privilegia de R. l. c. privilegia ext. eod.*  
 ad heredes quoscunq; transmittit *Jason. in d. §. fuerat n. 39.*  
*in fin. Neguzant. de pignor. p. 2. m. 4. n. 30. 31. 32. tot. tit. C.*  
*de hered. act.*

### XXIV.

In dotalitio, utpote quod in locum dotis surrogatur,  
 imo dotis quædam quasi compensatio est *Wesemb. de feud.*  
*c. 6. n. 21.* idem quod in dote, ob naturam surrogatorum,  
 juris statuendum *Wesemb. consil. 77. n. 7. Coth. d. Resp. 21.*  
*vel. 3. n. 33. 34. & seqq.*



Ad bona tamen extra domum mariti existentia, & uxori velut propria reservata, utpote quæ maritus neutiquam, possidet, nec eorum fructus lucratur, privilegium hoc non extendendum verosimilius est *l. maritus ibi Bart. n. 2. C. de procurat. Cothm. Resp. 47. n. 103. & seqq.*

Huic autem hypothecæ ut sit locus dotem numeratam esse, id quod mulieri est probandum *Gl. in d. l. assiduus, tot. tit. C. de dot. caut. non numer. Myns. cent. 1. obs. 61. Gail. 2. observat. 81. Wes. in par. D. de privil. credit. n. 5. oportet. Soli namq; confessioni mariti, contra creditores (nam quoad scribentem diversa ratio est *l. generaliter. C. de non num. pecun. l. publica 26. §. fin. D. de depositi*) fides non habetur *tot. tit. C. res inter alios acta l. sape, de re judic. c. 1. de confessis Gl. & Dd. in l. 1. C. de non num. pecunia Wesemb. consil. 273. n. 6. & 7. latè Cothm. d. consil. 21. vol. 3. n. 168.* Si tamen i. cum nudis chirographarijs, cum quibus illo casu parè passu ambulat, concurrat, *Myns. observ. 61. cent. 1.* aut secundo biennium, intra quod omnes exceptiones non numeratæ pecuniæ excluduntur, præterlapsum sit, *tot. tit. §. de lit. obligat. l. in contractibus §. 1. C. de non num. pecun.* vel denique ex longa cohabitatione, de non facta numeratione natæ dubitationes purgentur, *l. pro oneribus matrimonij C. de jure dotium l. fin a. solut. matrim. l. si quis, de donat. inter virum & uxorem, aliud dicendum videtur Wesemb. Consil. 273. n. 7. & seqq.**

Præterea in rei refectionem *l. creditor 25. si certum petatur l. interdum 5. Qui pot. in pign. d. l. si ventri §. 2. de privileg. credit.* aut ad navim fabricandam, instruendamve  
*l. qui*



*l. qui in navim 10. l. quod. quis 18. d. 1. credita, jure tacitæ hypothecæ munita censentur.*

XXVIII.

In funus quoq; & exequias, item adversam valetudinem debitoris necessarios sumptus, (qui de jure communi ex qualitate personæ & quantitate facultatum æstimandi *l. funeris l. et se. & passim. tot. tit. de religiof. & sumpt. fun.* (Jure, vero Lubec. ad 40. marcas sunt redacti *lib. 3. tit. 1. art. 11.*) subministrans, reliquis creditoribus præfertur *l. 2. de privileg. credit. l. pen. de relig. & sumpt. funerum.*

XXIX.

Privilegio etiam prioritatis fruuntur ij, qui rem apud aliquem, maximè vero publicam personam depositam, habent: *l. si ventri 8. §. in bonis ff. de privil. cred. l. si hominem 7. §. fin. D. depositi*: Id quod & Jure Lub. generaliter obtinet *lib. 3. tit. 1. art. 12.* ibi trewe Hand die durch vntrew versückt ist. Quæ verba an etiam ad causam mandati extendenda, non abs re dubitatur.

XXX.

Redempti ex manu hostium suis redemptoribus donec *ἀντρω* restituantur q. obsides oppignorati, singulariq; eo tamen non iniquo jure, obstricti consentur *l. 2. C. de postlim. reversis l. si patre 15. l. si quis 20. D. eod. l. senatus 43. in fin. D. de legat. 1.*

XXXI.

In prædium quoq; urbanum conductum ita ut ibi perpetuo sint illata in vecta *l. 7. §. videndum ff. in quibus caus. l. debitor D. de pignor. tacitè locatori pignori pro pensione & omni damno culpâ conductoris emergente supposita sunt l. certi §. quando a. C. d. locat. & cond. l. 2. 3. 4. D. in quib. caus. tacitè pign. l. fin. C. eodem tit. Pet. Castal. ad l.*

B 3

item



item quia conventiones *D. de pact. lib. 1. advers. & ad l. 5. D. in quib. caus.*

### XXXII.

Sequitur quarta hypothecæ species, ab expresso qui interponitur consensu expressa, à privata partium conventionione conventionalis dicta; ea constituitur quibuscunque verbis etiam inter absentes & per epistolam nudo contractentiam consensu *l. Titium. D. de pignor. act. l. contrahitur 4. ff. de pign. & ibi el. Costal. p. 4. advers. l. 17. §. 2. de pact. l. 2. C. qua res pign.*

### XXXIII.

Est autem illa vel generalis omnium bonorum, vel specialis certæ alicujus rei *l. 1. de pign. l. 2. D. qui petior. in pign.*

### XXXIV.

Illam de omnibus bonis tam præsentibus quam futuris seu postea quæsitis *l. 1. in pr. D. de pign. l. si quis 9. C. quaeres pign. ubi Goth. lit. d. & c. l. postquam C. de hered. vel act. vendit. l. cum res 5. C. si res al. pign. l. paulus 29. D. de pign. tam corporalibus quam incorporalibus, ut nonnibus &c. l. nomen 4. C. d. t. tam mobilibus quam immobilibus, Neguzant. in tr. de pign. p. 2. m. 2. in pr. & numer. 8. Exceptis tamen ijs quæ quis, vel ob quotidianum usum, ut sunt instrumenta rustica *l. 2. l. executores 7. C. d. t. item libri studiosorum, suppellex l. 6. de supp. legat. lecti l. 52. inf. ff. de legat. 2. Gl. in l. Nepos proculo. de V. S. vel singularem affectionem, ut monumenta sepulchrorum. l. si monumento C. & passim toto tit. C. quaeres pign. obligaturus verosimiliter non fuisset, constituta censetur l. obligatione 6. & ibi Costal. par. 14. adversar. l. 7. l. 8. de pign. d. l. 6. de supp. legata arg. l. 38. §. 3. de legat. 3. l. 7. ff. de donation. Nov. 39.**

6. 1.



c. 1. Gail. 2. observat. 25. num. 1. & seqq. & 2. obs. 154. numer. 6.

### XXXV.

Hæc de re quavis certâ, etiam incorporali, ut jurisdictione vectigalibus & similibus *l. si u qui u. ubi Dd. D. de pign. l. grege 13. D. eod.* item sub generali obligatione aliâs non comprehensa *l. 3. §. non idem C. de seruo pign. dato manum.* modo disertè oppignorari legibus non sit prohibita *l. qui filios 6. C. & l. creditor & passim tot. tit. D. qua res pign. vel hyp. data oblig. non possunt. constitui potest.*

### XXXVI.

Est præterea hypotheca alia publica, h. e. publicè vel in iudicio coram iudice (id quod hodie communiter fit, durch die verzeichnuss ins StadtBuch) vel coram notario in solemnî instrumêto constituta; Alia privata, inter contrahentes privatim vel inscriptis, vel sine scripto interposita *l. scripturas C. qui pot. in pignore & ibi Dd.*

### XXXVII.

Explicati hæctenus sunt ij, qui præter actionem personalem jus quoddam in re sibi constitutum habent. Altera nunc classe succedunt Chirographarij seu personales, nuda in personam actionem ex quocunq; contractu seu pacto legitimo sibi comparatam habentes *l. cum tibi 10. C. qui pot. in pign. passim. tot. tit. de rebus creditis, & §. de literarum obligatione.*

### XXXVIII.

Atq; hi quidem, hisq; similes creditores alij longâ serie enumerati *tot. tit. D. & C. quib. in caus. pign. vel. hypot. tacitè contr. item titulo de privileg. creditor. Vult. lib. 1. Iurispr. Rom. c. 34. Beuth. lib. 1. de jure pralat. per totum,* varijs ex causis sibi obligationem constitutam habentes in distrahen-

dis.



dis obæratî bonis plerumq; concurrere solent. Reliquum est, ut quis jam in concursu creditorum diverso jure agentium ordo prioritatis servandus paucis dispiciamus.

XXXIX.

Et fanè dubium non est quin tam hypothecarijs quam personalibus indistinctè omnibus præferantur ij, quibus legitima ad rem suam vindicandâ competit actio, utpote qui nec credidisse, nec dominium transtulisse dici possunt *l. procuratoris 5. §. sed si dedi ff. de tribut act. l. ait prætor 10. §. si quid. D. que in fraud. cred. l. 2. §. mutui datio 1. de reb. credit. l. 1. Illud de separat. l. si ventri 24. §. 2. ibi, futurum eam qui vindicat ante privilegia d. l. 5. §. 18. l. 38. de peculio.*

XI.

Sic res furto ablata *l. si quis ad se C. ad l. lal. de vil. l. C. si per vim aut alio modo c. in literis ext. de rest. spoliat. c. redintegrandâ 1. cum similibus q. 3. Deposita l. si hominem 7. in f. depositi Nov. 88. c. 1. ibi & nulla omnino licentia sit, commodata & simili quo modo alio ad alterum translata ante omnia domino restitui debet d. l. 24. l. ult. C. de rei vindicat. l. 1. 2. & passim tot. tit. de condict. ob turp. causam l. 9. in fin. D. de Rei vindicat.*

XLI.

Quod ipsum jus, ut ut rebus extantibus quibuscunque dominium suum vindicantibus indistinctè concessum videri possit rebus tamen extinctis locum non semper habet, arg. *§. discretis l. de act. §. si tamen 26. in f. ibi, nam extinctæ res licet vindicari non possint. Inst. de Rer. divis. passim tot. tit. D. & C. de Rei vindicat.*

XLII.

Eadem hac ratione liberi bona sua materna à parente  
admi-



administrata, quasiq; deposita, dummodo adhuc extent, nec;  
postquam à parente in proprios usus conversa fuerunt, ma-  
terna esse desierint, repetere possunt *arg. l. pro officio 2. C. de administr. tut. l. ult. vers. discretis C. de legit. tut. l. dabimus q. 19. de rebus auct. judic. possid. auth. quo jure C. qui potiores in pign. l. 1. cum seqq. & passim tot. tit. C. si quis alteri vel sibi sub ale. nom:* Quale privilegium in genere omnibus rem suam, quam vindicare intendunt, salvam habentibus competere, dubium non est.

## XLII.

Re ita suo cuiq; restitutà domino, creditores alij ad distractionem bonorum suo quisq; admittuntur ordine: In his autem omnibus hypothecarios, id est, eos qui præter actionem personalem jus quoddam in re vel publicà magistratus & legum auctoritate, vel privata conventionem sibi constitutum habent *l. creditoris §. fin. de furt. Cothm. vol. 5. Resp. 30. n. 9.* adeoq; duplici jure muniti sunt, præferri, dubium planè est nullum *l. eos qui 9. C. qui potiores in pign. l. 11. D. eod. l. 6. C. de bon. auct. judic. possid. l. plus cautionis 25. de R. l. §. sed hodie l. de adopt. auth. itaq; C. comm. de success. Tusch. latè conclus. 127. lit. H.*

## XLIII.

Ex his vero, si qui eorum concursus contingat, quis alter alteri præferendus hac generali determinari solet regula: Illum priorem esse reliquis hypothecarijs omnibus, cui prius res est obligata *l. si pignus 8. l. si & jure 10. D. qui pot. in pign. l. 2. l. 3. l. licet C. eod. l. 4. C. ad Sc. Maced.* Vulgatum enim est axioma juris, prioritatem temporis, inducere prioritatem juris *l. qui balneum 9. l. potior 11. D. qui pot. in pign. l. 2. C. eod. c. qui prior de R. 7. in 6. Nov. 112. c. 1. vers. hoc autem præcipimus l. 8. C. ut in possess. legat. l. 2. C. de pri-*

C

vil.



*vil. fisci. Quæ tamen prioritas ex non crediti, sed hypothecæ  
constitutæ tempore computanda l. creditor 12. §. qui primus  
2. & §. si idem seq. D. qui pot. in pign. Petr. Costal. ad l. qui  
generaliter 2. n. 4. & seqq. D. qui potiores.*

XLIV.

Procedit regula isthæc siue pignus quis teneat iudiciale  
*l. 2. C. qui potior. in pign. de qua re Costal. ad l. 10. D. d. t. lib. 4.  
advers. siue legale, siue conventionale, passim dicit. toto tit. D.  
& C. qui pot. & tit. de privil. creditor. Generaliter enim  
expressam habens anteriorem, omnibus, siue expressam si-  
ve tacitam habentibus posteriorem :: Et anteriorem ha-  
bens tacitam, omnibus siue expressam siue tacitam haben-  
tibus posteriorem præfertur, uti generaliter concludunt,  
Hartm. lib. 2. tit. 27. obs. 7. Myns. cent. 1. obs. 59. per tot. Gail 2.  
obs. 25. n. 1. & seqq.*

XLV.

Vera quoque est prædicta regula siue bona alicui gene-  
raliter siue specialiter obligata sint, *l. si generaliter 6. C. qui  
pot. in pign. l. idem q. est 7. §. si tibi D. eod. Regulariter enim  
generalis hypotheca anterioris generali vel speciali poste-  
rioris præfertur, d. l. si generaliter l. 2. D. eod. Novel. 112. c. 1.  
vers. hoc a. præcipimus. Si tamen generalem hypothecam  
habens ex alijs bonis debitum suum redigere possit, non fa-  
cilè permittitur ei alteri speciale suum pignus, nisi fortè illud  
in subsidium sibi tantum constitui curaverit, per allegat. a-  
pud Wesemb. consil. 272. n. 9. auferre l. 2. C. de pign. l. si pignus  
8. D. qui pot. in pign.*

XLVI.

Idem juris est si primò res obligata privato, post vel fi-  
sco vel reip. vel alij cuidam pignori detur, *l. si fundum 4. C.  
qui pot. in pign. l. si pignus 8. D. eod. l. 2. D. de remiss. pignor.  
Semper.*



Semper namq; primus secundo, secundus tertio atq; ita deinceps potior est *l. creditor 12. §. si simpliciter 7. D. qui pot.* Sic etenim è contrario Resp. quoq; creditrix, quæ pignoris jure rem occupavit, contra alios hypothecarios eadem temporis prærogativa gaudet, *l. 3. C. eod. d. l. si pignus 8. l. antiiochensum 17. D. de bon. auct. jud. poss. qua de re eleg. Petr. Costal. ad l. ult. D. qui pot. p. 4. advers.*

#### XLVII.

Idem jus prioritatis competit etiam ei qui pignus ab antiquiore creditore emerit, vel quovis pacto in locum ejus successerit, licet quoad suam personam tempore posterior videatur *d. l. si generaliter l. 1. C. si antiquior creditor pignus vend. l. creditor 12. §. à titio cum l. seq. D. qui pot. in pign.*

#### XLVIII.

Imo & in priorum creditorum locum, quamvis postea contraxerint, succedunt ij, qui pecuniam in hoc, ut prioribus eà satisfaceret, mutuati sunt *l. 2. D. de cess. bonor. l. 12. §. 7. inf. qui pot. in pign. l. 24. in fin. de reb. auct. judic. l. ult. C. de privil. fisci.* Sine expresso a tali pacto, cum, sive debitore sive creditore, inito, fisco vel privilegiato alij solvens in locum privilegiati istius non succedit *l. 1. & duabus seq. C. de his qui in prior. credit. d. l. 24. §. 3. de reb. auct. l. 3. C. de jure fisci. Costal. ad l. 16. D. qui pot. p. 4. adv.*

#### XLIX.

Locum quoq; regula prædicta habet non tantum in sorte principali seu summis capitalibus, sed etiam usuris *arg. l. eos C. de usur. l. Lucius 1. in fin. D. qui potior. in pign. l. quaro D. de eo quod certo loco, Pruckman. consil. 17. n. 24. vol. 2. arg. 126. §. l. l. 178. de R. J. c. accessorium de R. J. in 6.* Quamvis autem Saxonice constitutionibus in usuris aliud cautum sit, idq; in multis judicijs observetur, & velut æ-



quum commendetur: Nos tamen æquitatem talem, legis civilis fundamentis destitutam, imo iisdem contrariam, haud probandam censimus.

L.

Et tandem tamdiu hæc generalis determinatio juris observanda, donec contrarium in quorundam personis, id quod haud rarò in hac juris materia contingit, cautum reperiamus, *l. precipimus 32. in f. C. de appell. l. sancimus 27. in f. C. de testamentis, qua de re latè Cardinal. Tuschus conclus. 129. per tot. lit. H. ubi 20. hujus regula ampliaciones enumerantur.* Cum enim privilegia hypothecam alicui singulari ex causa constituentia non tam ex tempore, quam causa æstimanda, *l. privilegia 32. D. de privil. credit. l. si hominem §. f. D. depositi.* accidit, ut generalis isthæc maxima nonnunquam perdat suum officium: *arg. l. properandum §. fin. C. de judic. l. fin. C. in quib. caus. in integr. rest. Corn. consil. 66. n. 2. & 4. & consil. 40. n. 14.*

L I.

Ita namq; summâ humanitatis ratione. Ne Cadaverain sepulchra jaceant *l. sunt persona 43. in fin. D. de relig. & sumpt. cõstitutū est, ut impensæ funeris ante omne æs alienū ex hereditate deducatur. l. & si quis 14. §. si colonus 1. l. impensa n. funeris 18. l. ideog. etiam 19. l. funeris sumtus 37. §. impensa 45. cum l. seq. D. de religios. & sumpt. fun. l. quasitum 17. D. de reb. auct. judic. possid. l. 1. §. de impensa 19. D. ad L. Falcidiam l. in restituenda 4. C. de jure deliber. Constitut. Saxon. part. 2. constit. 28.*

LII.

Jure quoq; Saxonico, ut & Lubecensi merces mercenariorum, vulgo das Liedlohn, ante alia debita mercenarijs, ijs præsentim qui tempore mortis debitoris servitutē adhuc serviūt,  
die



die alsdann noch in seinem Brote sein / vnd vmb' gewissen  
Lohn dienen / detrahenda & exsolvenda *part. 1. conslit. 28.*  
*post. pr. vers.* erstlich bezahlet werden sollen / *textus in Lands*  
*recht/ lib. 1. art. 22. post. pr. §.* vnd dem Erbe sol man erstlich/  
*ibid. §. 1. & Dd. Lübisck Rechte lib. 3. tit. 1. d. art.* Qua-  
de re eti jure communi nihil cautum reperiatur; Idem ta-  
men in multis curijs passim observari usus docet.

### LIII.

Altera post hos classe atq; ordine succedit causa dotis:  
Ita namq; singulariter dispositum est in muliere, ut ea ra-  
tione dotis, (non etiam donationis propter nuptias, aut  
bonorum paraphernalium *text. expressus in l. assiduus §.*  
*hac a. 2. l. fin. C. de pactis, ibiq; Dd. Wesemb. latè consil. 273.*  
*n. 20. 21. & 22. Cothm. dict. resp. 21. vol. 3. n. 29.* omnibus an-  
teriozem hypothecam habentibus praeferatur *d. l. assiduus C.*  
*qui potior, l. unic. C. de Rei uxor. act. §. fuerat §. de act. Nov.*  
*97. c. 3. per tot. Nov. 109. c. 1.*

### LIV.

An vero etiam habentibus expressam? haud levis est  
Dd. disceptatio: Et quamvis plurimi in negativam propen-  
deant partem, eamq; suam sententiam rationibus juris sta-  
bilitam, usq; receptam contendant, *latè Andr. Gail. 2. ob-*  
*ser. 25. n. 10.* Generalitas tamen legum, quam praesertim  
in interpretatione privilegiorum, observari jura praecipunt,  
*l. beneficia 4. de const. princ. cum simil.* ut & judiciorum ob-  
servantia contrarium asserentium opinionem plausibilio-  
rem reddit, *d. l. assiduus, Nov. 91. c. 1. Nov. 97. c. 3. l. in re-*  
*bis C. de jure dot. l. 1. in pr. & §. & ut plenius C. de rei uxor.*  
*act. Myns. observat. 13. cent. 4. latè Cothm. vol. 3. Resp. 21. &*  
*seqq. Dn. Lindem. in Exercit. Justin. disp. 9. thesi 117.* Quod  
C 3 ipsum



ipsum jure quoq; Lubecensi, liberis non extantibus obtinere certum est *lib. 3. art. 9. & 10. tit. 1.*

LV.

Hocce prælationis jus licet ad extraneos heredes non transmittatur *per allegata à VVes. consil. 249. n. 3. & 6.* Liberis tamen illud competere, non tantum si cum noverca (uti à quibusdam illud restringitur,) sed etiam si cum quibuscunq; creditoribus alijs concurrant, omnino puto: *per d. l. assiduis §. 1. vers. exceptis C. qui pot. ibiq; Dd. Nov. 91. Cothm. dict. loc. Dn. Lindem. dict. disp. 9. thesi 118.*

LVI.

A quo autem tempore, numerationis seu illationis, an vero nuptiarum, privilegium hocce computandum, haud levis est Dd. disceptatio, *Jason. in §. fuerat J. de act. Neguzant. p. 2. m. 4. n. 77. cum multis seqq. Dd. in l. constante §. 1. D. soluto matrim.* posterius nos verius esse statuimus.

LVII.

Fisci quoq; & Reip. ob commune & publicum bonum, quod privatorum utilitatibus præferendum *l. 6. Quod cuiusq; universitatis nomine l. filiusf. D. de his qui sunt sui & c. l. 2. de muner. & honor. permagnus est favor, passim. tot. tit. D. & C. de jure Fisci, tit. de jure Reip. tit. de privil. fisci & c.* Haud quaquam tamen exindè illum in debiti ex contractu ad se pertinentis, sed solummodo tributorum & pensitationum exactione alijs creditoribus hypothecarijs prioribus præferendum putamus, *l. 1. C. si prope. pensit. publ. l. 2. C. in quibus causis tacitè pignus contrahitur l. pen. in f. de Privileg. creditorum l. si fundum 4. C. qui pot. in pign. l. si qui mihi 28. D. de jure fisci l. pignus 8. D. Qui pot. in pign. Tuschus late conclus. 383. lit. F. n. 21. 22, & seqq.*

Non



Non minor est dubitatio, ane Ecclesijs, Xenodochijs, alijsq; pijs locis, non tantum in bonis administratorum, sed & in simplicibus chirographarijs debitis tacita hypotheca, & quidem præ alijs creditoribus hypothecarijs privilegiata, competat. Et quidem ut in pijs legatis, item in debitis ex administratione œconomorum orientibus, in eorundem, bonis hypothecam tacitam & legalem habent: In alijs tamen simplicibus debitis nullo hypothecæ vel prælationis jure ea gaudere verius est, *arg. Nov. 7. c. 3. Scire Bald ad l. fin. col. 3. verb. alterius C. de SS. Eccles. & in Rubr. C. de jure Fisci, Jason. in S. fuerat J. de act. Alex. consil. 104. Neguzant. p. 2. memb. 4.* Quamvis enim nonnulli Interpretes, & inter eos Köppen & Beutherus pias causas & Ecclesias Fisco, tribuendo eisdem protopraxiam Fiscalem, æquiparent, in nonnullisq; locis ea opinio usu sit recepta, vix tamen de jure eam sustineri posse puto.

## L I X.

Fisco autem & muliere concurrente in dubio pro dote pronunciarum, crebriori calculo est receptum, *per d. l. assiduis cum siml. latè Neguzant. in tract. de pignor. p. 5. m. 4. num. 108. Wesemb. & Dd. comm. ad tit. D. de privileg. creditorum.*

## L X.

Dotem tamen vincit, imo, ut supra demonstratum est, absomit causa Primipilaris *l. 3. C. de primipilo lib. 10. l. satis notum 4. C. Quibus in causis Nov. 97. c. 4. ut & pecunia in emtionem militia, solemnè tamen ea de re confecto instrumento, credita, Nov. 53. c. 5. Nov. 136. c. 3. l. 12. C. de pign. l. 7. C. qui potior. Nov. 97. c. 2. & 3.* Quod tamen privilegium ad pecuniam in continuationem studiorum, acqui-



acquisitionem gradus Doctoralis, ordinis Equestris, vel quam causam similem, creditam, strictâ juris ratione inspecta extendendum non esse omnino puto, *de quare latè Benth. in tract. de jure pralat. lib. 1. c. 55, 56. & aliquot seqq.*

### LXI.

Sic privilegium primipilare ad omnes indistinctèannonæ administratores Rûchen oder Kellermeister / perperam à nonnullis extenditur, per *l. quod contra de ll. c. odia de R. J. in 6. l. 12. in f. de usufr. l. 8. §. 1. de rebus eor. qui sub tut. l. quod contra 141. in pr. de R. J. §. sed & quod principi. vers. plane §. de J. N. G. & C. l. 1. D. de constit. princip. l. nec damnosa, 3. l. rescriptum 7. C. de precibus Imp. offerendis & c.*

### LXII.

In refectionem quoq; item ad armandam vel sustentandam navim, domum, vel rem similem, pecuniam credens, quia is totius pignoris causam salvam fecit *l. hujus n. 6. in pr. & §. 1. D. qui pot. in pign. l. 7. in pr. de Exercit. act. meritò hypothecarijs reliquis etiam antiquioribus præferitur l. interdum 5. cum l. seq. D. qui pot. Nov. 97. c. 3. in pr. l. qui in navim 10. D. de priv. credit. l. 18. D. eod. Oldend. class. 3. act. 13. n. 5.*

### LXIII.

Sic in redempto ab hostibus non tantum favore liberationis, sed & quod totius pignoris causa eâ redemptione salva reddita videatur, redemptot reliquis etiam anterioribus præferitur, *l. 12. §. 12. l. si patre 15. l. si quis 20. D. de capt. & postl. revers. l. senatus 43. in f. D. de legat. 1.* Id quod Jure Lubec. indistinctè in bonis fugitivi ab uno creditorum recuperatis obtinet,

Fallit



## LXIV.

Fallit quoq; prædicta regula in hypotheca privata scriptura constituta. Creditor enim habens hypothecam publicam, h. e. ad acta relatum, vel coram iudice seu principe constitutam, alijs privatam hypothecam habentibus præfertur, *l. scripturas 11. C. qui potior. arg. l. omnium C. de testam. ibiq; Dd. Innocent. in c. 1. n. 2. ext. de fide instrum. cum allegat. alijs à Cothm. Resp. 21. vol. 2. n. 25. & 32. Wes. consil. 49. & consil. 273. n. 2.* Licet autem publica scriptura non sit, quæ manu notarij, vel publicæ cujusdam personæ alterius confecta non est: *c. scriptura, X. de fide instrum. c. tertio loco, de probat. l. gesta C. de re iudicata, cum simil.* Quoad effectum tamen, propter cessantem suspicionem fraudis, quæ si publicè confecta censetur ea, quæ trium testium fide dignorum subscriptione est firmata *l. in exercendus C. de fide instrum. l. scripturas C. qui pot. Gail. 2. obs. 25. n. 10. Wesemb. consil. 153. n. 44. Cothm. vol. 5. Resp. 34. n. 45,*

## LXV.

Qualitas etiam obligationis efficit, ut puram habens hypothecam posteriorem priori in incertum eventum conditionatam habenti præferatur, si scilicet conditio talis sit quæ invito debitore impleri nõ possit, in casuali n vel mixta secus est, *l. qui balneum 9. D. qui pot. in pign. arg. l. cedere diem 213. de V. S. S. sub conditione 4. vers. ex conditionali stipulatione 7. de V. obl. Petr. Costal. latè adl. 11. D. qui pot. parte 4. advers. Neguzant. de pignor. part. 5. m. 2. n. 23. Ves. consil. 221. n. 57. & 58.*

## LXVI.

Constitutum præterea est, ut posterior creditor priori debitum offerens, jus enim offerendi habet *l. mulier 19. cum ll. seqq. D. qui pot. in pign. vel eo id accipere recusante,*

D

pecu-



pecuniam consignans & deponens, nec in usus suos convertens, eidem, utpote per quem, quominus ei pecunia exsolveretur, stabat, *l. potior 11. §. fin. l. quarebatur 20. D. d. 1. in pignore præferatur l. 1. l. 10. C. l. 11. §. fin. D. qui pot. l. 20. C. de pign. l. 19. C. de usuris l. qui pecuniam 30. D. de rebus creditis l. 5. de distract. pign. Cardinal. Tusch. concl. 132. lit. H. Petr. Costalium ad l. 19. D. qui potior. part. 4. advers.*

LXVII.

Privilegium tale seu jus regulariter non habet creditor in bonis pecunia sua emtis; ut nec venditor in rebus venditis, & jam per traditionem dominio emtoris subjectis, licet pretium exsolutum nondum sit: Nisi 1. specialiter ad hæc vel illas merces emendas pecunia data sit *l. 5. §. 17. de tribut. act. auth. quo jure C. qui pot. in pign.* vel 2. res emta singulariter obligata sit, donec pretium exsolvat, *l. licet C. eod. 3.* Emtor etiam ante factam venditionem fugam aut cessionem nequiter cogitaverit. Tum enim quia dolus causam contractui dedit, merito is totus pro nullo habetur, *l. & eleganter D. de dolo malo*, fidesq; habita pro non habita, & res non tradita, sed fraudulenter ablata censetur, *l. si quasi recepturus D. de pign. act. vide hac de re plenius Gail. 2. obs. 12. & 15.*

LXVIII.

Singulare quoq; est in rebus pecuniâ pupillari emtis, in quibus tacita hypotheca constituta esse putatur, *l. pen. C. de serv. pign. dato manum. l. 19. §. 1. de reb. act. judic. possid.* Sic quoq; hypotheca à venditore in re venditâ tertio constitui potest, quæ ei cui constituta est, etiam quoad fructus, potius jus præ reliquis tribuit, *l. Paulus §. domus D. de pign. l. domo D. de pign. act.* Diciturq; præambula, & Florentiæ, ut & hodie apud nos, usu quam maximè recepta à Tusch. *concl. 128. lit. H.*

In



In hypothecarijs reliquis speciali aliqua lege non exceptis generalis supra proposita regula observanda, *l. praeceptum in fin. C. de appell. l. sancinus 27. C. de testam.* Quam temporis praerogativam in creditorum concursu, (quandoque enim id secus sese habet, *l. anniculus 134. D. de V.S. l. 74. D. ad S.C. Trebell. l. 8. de maner. & honor. l. 5. qui testam. fac. possunt*), ad horam & momenta arg. *l. deniq; 3. §. minorum, ibi ut à momento in momentum tempus spectetur, D. de minor. 25. annis* considerandam esse dubium non est, *Gl. in l. si ex pluribus §. 1. D. de solut. Gail. 2. obs. 25. n. 3.*

Pariter itaque tempore & causa privilegiati æquale jus habent, simul concurrunt, & æqualiter, secundum proportionem tamen non arithmaticam sed geometricam *l. pro debito 6. C. de bon. auct. jud. poss.* (scilicet si debita uno eodẽq; tempore præstanda sint, aliàs enim secus est *Petr. Colst. ad l. 13. Qui potior. parte. 4. adverf.*) inter se bona dividunt *l. idemq; 7. in pr. D. qui pot. in pign. latè Tuschus concl. 130. lit. H.* adeoq; contra se invicem privilegio suo non utuntur *d. l. privilegia d. l. si hominem l. verum 11. §. fin. & l. si apud minorem 12. D. de minor. Gl. & Od. in d. l. assiduus. VVesemb. consil. 201. n. 92. Tiraquell. in tract. de privil. pia causa. privil. 26. Marantha parte 6. tit. de appellat. n. 88.*

An vero pupillis in bonis tutorum jus non tantum hypothecæ, sed & præ alijs hypothecarijs jus protopraxias competat, à nonnullis dubitatur: Nos sanè privilegiatam hypothecam talem pupillis non constitutam, sed jus reale à tempore ceptæ administrationis computandum esse putamus *per d. l. eos C. l. 11. D. qui potiores, cum similibus,*



Illud singulare est, quod hypothecarius rem sibi obligatam possidens eandem etiam pro Chirographario debito retinere possit *l. an. vers. at si. C. Etiam ob Chirographarium debitorum pignus teneri posse, arg. l. 1. C. si aliena res pignori data sit.*

Post reales medij quodammodo intercedunt ij, quibus ratione sui officij quod obarato praestiterunt, personale aliquod beneficium, usu tamen magis & consuetudine quorundam locorum, quam expressa aliqua lege constituitur, Tales sunt Advocati, Procuratores, Notarij, & similes *de quibus passim Bentl. dict. lib. 1. de pralat. creditor. per. tot.*

Ultimo tandem post hypothecarios ordine atq; classe succedunt chirographarij, seu in genere omnes, qui nondam tantum personalem actionem sibi acquisitam habent, *l. cum tibi 10. C. qui prior.* ad quos in tali concursu raro aliquid residui pervenire solet *Gail. dict. obs. 25.* Hos enim tam realibus quam personalibus privilegiatis omnibus posteriores esse indubitati juris est *d. l. si hominem 7. §. quoties & §. fin. cum l. seq. D. de possid. d. l. privilegia 3 2. l. diversis 8. cum l. seq. C. qui prior. in pign.*

Et quidem horum omnium, nulla habita ratione temporis & ordinis (quod tamen à nonnullis in dubium vocatur *per l. 14. 18. l. fin. ibiq; Barib. D. qui pot. l. 2. in fin. C. eod. cum simil. Bealib. p. 1. c. 87.*) jus, postquam bona jam possessa sunt, aequale, *l. cum unus 12. de bon. auct. judic. possid. l. apud veteres C. eod. l. si finita 15. §. si plures 15. de damn. infect. Sali. cct. in*



*cet in l. pro debito n. 3. C. eod. d. l. si hominem 7. §. 2. D. depo-  
siti V. Vescemb. consil. 254. n. 3. nec ullus gratificationi locus  
relinquitur l. pupillus 24. in pr. D. qua in fraud. credit. fact. l.  
quod a. 6. §. sciendum 7. D. eod. l. cum unus 12. D. de reb.  
auct. jud. possid. l. fin. C. eod. Adeo etiam, ut falso in frau-  
dem aliorum vel hypothecam vel summam majorem præ-  
tendentes poenâ falsi teneantur l. si à debitore 28. D. ad l. Cor-  
nel. de falsis.*

### LXXVI.

Caterum si ex his aliquis, sive sciat, sive ignoret de-  
bitorem non solvendo esse, *d. l. quod v. §. sciendum. ibi,  
quamvis sciens, &c.* sibi vigilaverit, suumq; à communi de-  
bitore consecutus sit, reliquis jure est potior, *l. 19. de re ju-  
dicata l. si non expedierit §. pupillus, cum seq. de bon. auct. jud.  
possid. d. l. pupillus 24. & d. l. quod a. §. sciendum.* Quia  
enim vigilantibus jura scripta sunt, *l. 16. D. ex quibus causis  
majores l. 21. D. de pecul. l. 2. C. de annal. except. iniquum,*  
esset solutionem à communi debitore creditori industria  
factam ab alijs negligentioribus retractari debere *d. l. si non  
expedierit d. l. quod v. l. ait Prator, 10. §. si debitorem D. Qua  
in fraud. creditorum.*

### LXXVII.

Hypothecarijs vero, qui præterquam quod in perso-  
nam actionem comparatam habent, rei quoq; seu pignori  
(quod etiam in pecunia consistere posse dubium non est  
*l. idemq; 7. §. fin. D. qui pot. in pign. l. si fundus §. in vendica-  
tione D. de pignor. & hypothecis.*) incumbunt, jus suum  
acquisitum nulla omnino ratione auferri, nec vel per pecu-  
niam, vel cujuslibet rei alterius translationem deterius reddi  
(id quod in alijs, si sine dolo fiat, admittitur, *l. 3. D. de  
crim. stellionatus l. 1. & 2. cum seqq. C. eod. l. 1. §. ex contra-  
rio*



rio D. de separ.) posse, contra vulgatam Dd. distinctionem, quam refert Gail. 2. observat. 25. n. 16. arbitror arg. l. id quod nostrum 11. & ibi Dd. comm. de R. J. l. nihil tam naturale, eod. Barb. d. l. si non expedierit l. si pupillus l. non debet 74. & seq. de R. J. arg. tot. tit. D. & C. Quae in fraud. cred. factae sunt ut restituantur.

### LXXVIII.

Coeterum post susceptum fraudationis consilium, sciens cum debitore contrahens edicto Pratoris numero creditorum eximitur, nec ejus contractus nomine actio datur, l. ait Prator 25. D. de rebus auct. jud. possid.

### LXXIX.

Deniq; id jure Saxonico singulariter est receptum, quod arrestum legitimè sibi decerni auctoritate magistratus curantes pignus aliquod quasi Pratorium adipiscantur, adeoq; licet non hypothecarijs & privilegiatis, attamen chirographarijs præferantur, text. expressus in constit. Sax. part. 1. constit. 28. post. med. vers. vnd den negst diesen solten die arrestanten, Colerus in tract. de process. Execut. part. 1. cap. 3. Vvesemb. in par. D. de privil. creditor. circa finem.

### LXXX.

Colophonem amplissimæ huic materiæ, quæ paucis hisce pagellis quidem delibari, explicari vero neutiquam potuit, adijciet illa quæstio, utrum pignora in novatione repetita, cum privilegio prioritatis repetita videantur: Quod ut ut validis negari rationibus posse videatur: Attamen cum pacto facilius jus conservetur, quam acquiratur; arg. l. 4. l. juris 7. cum seqq. D. de juris & facti ignorantia, cum similibus, affirmantium opinionem juri magis congruere opinor per l. creditor 3. ubi Barb. l. creditor 12. §. si prior s. D. qui potiores in pignore, Neguzant, in tract. de pignor. p. 5. m. 2. n. 12.

COROL-



# COROLLARIA.

I.

An & quo jure Principes Imperij, ut & liberæ Civitates, jus sibi, ut & privilegium Primpilare sibi usurpent?

II.

Supputatio graduum, Jure Can. recepta, non est, uti vulgo de-  
prædicatur, omnino ἀλογος & brutæ & Irrationabilis, sed fundamen-  
to, & rationibus nititur non omninò absurdis.

III.

Vulgaris & decantata illa Dd. Theorica, unumquenq; Princi-  
pem & liberam civitatem hoc posse in suo territorio quod Impe-  
rator Romanus in imperio: nec universaliter admittenda, nec etiam  
semper è vel omninò rejicienda.

III.

Tutela Cura & Administratio Electoralis legitima vigore c. 7.  
Aureæ Bullæ Car. IV. semper & soli agnato seniori, nulla obstante  
dispositione testamentaria, debetur.

V.

Venatio rectius servitutibus, quàm regalibus annuetatur.

VI.

Cùm diversæ religionis hominibus mutua defensionis gratia,  
foedera, suo tamen sanoq; modo, pangere non est prohibitum.

VII.

Imo & hi ipsi, commoda civium & humanis necessitatibus  
ita exigentibus, in eadem provincia, civitate, vel Republica, con-  
tra quam rigidioribus nonnullis nostri seculi censoribus, & plus  
quam religiosis, Aristarchis non sine magno animorum motu, ut  
& extremo ferè civium exitio, visum fuit, rectè tolerantur.

96 90

CLA



*CLARISSIMO*  
**DN. DAVIDI GLOXINO**  
**J. U. CANDIDATO, pro gradu**  
Doctorali disputanti.

**I**nquiris summâ Gloxine indagine, quid, cen  
Servius edixit Prætor vel Salvius olim,  
Aut post assiduis Rex Iustinianus amata  
Uxoris flexus precibus, decreverit: Ut si  
Forte duo aut plures dubio de pignore certent  
Quis potior: sed quid? Iam de te litigat ipso  
Alma Themis, Veneri adversæ certamina ponens,  
Vtrâq; sacrorum dum te complexa suorum  
Præcipuum exposcit cultorem & vindicat unum.  
Cui primas dabis? aut quamnam venerabere solam?  
Illa movet, primæ dederis quod nomen & instent  
Tempora queis summi tibi decernentur honores  
Iustitiæ, & meritâ redimentur tempora lauru.  
At regerit contra Venus aversata repulsam,  
Connubij jam dicta dies, quam Feb. nus instans  
Octavam referet, multo post tempore, seros  
Quamvis promissos, expectes juris honores:  
Conjugio cedit possessio certa, velut cum  
Vendita res primo est, sed tradita posteriori:  
Dic liceatne mihi litem componere? ego a quo  
Arbitrio Veneri primas largirer. Ut omni  
Iura maritarum post tempore sint rata: Ne que  
Ingrata admittam Consultor ut ostia pulset  
Quin prius ad placitum Veneri sit rite litatum.


JOHANNES ALBERTUS GRTPHIUS  
Buys J. U. Doctor & synd: Rostoch:

92 (9) 25











COROL

An& quo jure Principes Im  
ci, ut & privilegium Primipilare f

Supputatio graduum, Jure C  
pradicatur, omnino ἀλογος b  
to, & rationibus nititur non omni

Vulgaris & decantata illa D  
pem & liberam civitatem hoc p  
rator Romanus in imperio: nec  
temer e vel omnino rejicienda.

Tutela Cura & Administra  
Aureæ Bullæ Car. IV. semper &  
dispositione testamentaria, deb

Venatio rectius servitutibus

Cum diversæ religionis h  
foedera, suo tamen sanoq; mode

Imo & hi ipsi, commoda  
ita exigentibus, in eadem prov  
tra quam rigidioribus nonnu  
quam religiosis, Aristarchis n  
& extremo ferè civium exitio,

era Civitates, jus fis-

on est, uti vulgo de-  
bilis, sed fundamen-

numqueng; Princi-  
ritorio quod Impe-  
mittenda, nec etiam

legitima vigore c. 7.  
niori, nulla obstant

ibus annumeratur.

ux defensionis gratia,  
est prohibitum.

umanis necessitatibus  
, vel Republica, con-  
li censoribus, & plus  
o animorum motu, ut  
ectè tolerantur.

CLA




Image Engineering Scan Reference Chart TE203 Serial No.